



Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

C. An opera laboriosa ad expiationem pnæ temporalis recte vel
suscipiantur, vel iniungantur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Q V A E S T I O C I .

*An opera laboriosa pena temporalis
expianda recte suscipi sponte, &
iniungi à Sacerdotibus
possint?*

LUTHERVS in Avertis. art. 5. Et si Ecclesia suos punientibus manum Dei recte praeuenit; non tamen id pertinet ad Claves sed uenti. 2. Melanch. in Loci de Satisfactione. similiter. Ecclesia recte imponit aliquas mortificationes agentibus poenitentiam. Mortificatio autem debita est aut dolor in coniitione, aut patientia sustinens afflictiones. Ut David obiurgatus primum expauis vero dolore; deinde calamitates pertulit. Infra. Non sunt mortifications sine mandato Dei accessoria corporis lacerationes; sicut Sacrificium Baal. Ego. Hac pertinent ad regulam; frustra volunt remandatiae hominum. Pugnant isti; Non occides. Item, Habeto honorem corpori i. 3. Kemnitius par. 2. Exam. pag. 1079. & Suscepas, & Iniuictas poenas reuict satisfactorias.

A V T O R. I. Recte Conc. Trid. Sess. 14. C. 9 tres modos ponit Satisfactionum: Patientiam flagellorum Dei. Susceptionem spontaneam poenarum. Impositionem earum Sacerdotalem. De sponte susceptis Job. vlt. *Inspicenter locutus sum;* idcirco me ipse reprehendo, & ago penitentiam in fauilla & cinere. David. 2. Reg. 12. sponte ieiunavit; humiliacuit. Psal. 68. panem si ut cinerem manducauit. Psal. 101. Achab. 3. Reg. 12. Quia humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Niniuitarum poenitentia merè spontanea fuit; At salutaris eadem. Ita S. Patres.

II. Poenalia opera recte ab Sacerdotibus imponuntur: Iuxta Matth. 16. 18. *Quocunque allegaueritis. &c.* scil. ad poenam æternam cum retenta culpa; aut ad temporalem dimisit culpam; ligata erunt; aut soluta. Par enim potestas Clavium est & in culpas, & poenas. Ita S. Patres apud Bell. I. 4. c. 5.

*Ratio faciet. Peccata ante Baptismum,
facta sunt in ignorantia, incredulitate, &*

carentibus gratiâ: at post cum patrata, sunt sciēter, in fide, in gratia exclusa: ideo omnem cum culpa poenam tollit Baptismus; non verò semper poenitentiam iustè Minister huius ingratis relapsis personam imponat. 2. Coniuncta sunt Misericordia & Iustitia Dei; ideo pars eius ab illa dimitti peccata, vt tamen & huic debitum pendatur. At licet Christi Passio fecerit latus; par est & nos ei compati, vt senti peccates puniamur eodem, &c.

D I C O A D Lutherum; dicit; non docet; nec doceri potest.

A D Melanchthonem; Sie a loco probarent eius intentum; iam argueretur Job, David Achab, &c. Mandata homini dicuntur vel contraria Dei mandatis, vel horum neglectoria; Alioquin obedientia homini praestita est grata. Et placet Deus poen. interior, & exterior. Neque haec homicidaria, aut corpori inhonora-

Q V A E S T I O C I I .

*An Oratio, Ieiunium, Eleemosyna
sunt opera satisfactoria?*

MELEANCHTHON in Conf. Aug. 6c. & in Apolog. in Loci, negat ea esse opera satisfactoria quod sumptus, abrantur, & se ceremonias nunciles ex humana traditione emanantes. II. KEMNITIUS p. 2. Exam. esse ea diuinitus mandata; sed ad dies certos, modos, & poenitentiam applicari superest usque.

A V T O R. I. Ea non sunt ictum Co-
remonia; sed res & utilissimæ, & S. Scri-
pturis commendatae sunt, vt ad quæ
terra bona opera referantur ab Theolo-
gis: *Tum quia satisfacere Deo debemus
per nost. a. quod fas. & potest; itaq; de bo-
nis Animis damus Orationem; de Cor-
poris bonis Ieiunium; de fortuna bonis
Eleemosynam:* *Tum quia ad tria vita re-
feruntur omnia, i. Ioann. 5. ideo & reme-
dia sunt tria; Ieiunium, Concupiscentie-*

camus